



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 37. Bavariae Ducis Orator a Synodo recedere jussus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI. A.C. 1562. Ducem ob Filii sui jacturam ad tantam pervenisse desperationem, ut Garziam alterum Filium suum propria manu interficeret, hujus mortem ulturus: verum huic relationi non adeo firma constat fides. Ceterum hic Cardinalis Medicæus tum nonnisi decimum nonum ætatis suæ annum agebat.

§. XXXVII.

Bavariæ Ducis Orator a Synodo recedere iussus.

Pallav. l. 19. *C. 4. n. II.* Sub idem tempus Orator Bavarus a Synodo discedere a suo Duce jubebatur, eoquod Concilii Præsides dubitassent, an eidem nobiliorem præ Helvetiorum Oratore locum assignare diceret: itaque Bavarus hæc mandata aperit Legatis, qui eum retinere adlaborabant, imo etiam operam quinqueecclesiensis Episcopi implorabant, qui eidem pollicebatur, se effecturum, ut Helvetiorum Orator a Congregationibus abesset, proin ipse libere illas accedere posset: verum tam Episcopi conatus, quam ejusmodi pollicitatio in irritum cecidit; Bavarus enim rem ita decidi postulabat, ut sibi Sedis prærogativa adjudicaretur: cum autem id eidem fuisset denegatum, Orator Tridento discessit: vix autem abierat, cum illico ad Helvetios deferrentur literæ, quibus se

se fore contentos significabant, si am-
bo Oratores, alternis tamen vicibus, pu-
blicas actionibus interessent: verum hæc
concordiæ via nimis tarde proponeba-
tur, aliunde vero Bavarus forte illam
non acceptasset.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. XXXVIII.

*Fama ad Synodum delata de proximo
Lunensis Comitibus adventu.*

Subrogabatur equidem absenti Piscario
Marchioni tanquam Hispaniæ Regis
Orator ad Synodum destinatus Lunen-
sis Comes, cujus tamen proximus ad-
ventus parem circa sedendi prærogati-
vam litem concitabat; huic enim Fran-
ciæ Oratores, quamvis a Papæ Legatis
impense rogarentur, cedere detrecta-
bant, palam professi, se mox inde reces-
suros, si Lunensi faveretur.

Pallav. l. 4.
n. 12.
Sarp. l. 7.
p. 626.

§. XXXIX.

*Vargas potius cedere, quam pacem
lædere clam ab Hispaniæ Rege
jussus.*

Hispaniæ Rex, cum ejusmodi dissen-
sionum mala prævideret, Vargæ
Oratori suo præcepit, ut ejus nomine
Pontifici declararet, quod Rex malit
oratorem suum cedere, quam exinde
Synodi pacem turbare, si ea salvis Re-
giis

Pallav. l. c.